

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Miseria m  
cum uariis

Quare de uulua egressus sum ut uiderem laborem et dolorem, consumerentur in confusione dies mei? Si talia locutus est de se ille quem Deus sanctificauit in utero, qualia loquar de me quem mater mea genuit in peccato? Heu me! Dixerim: Mater, quid me genuisti filium amaritudinis et doloris? Quare non in uulua mortuus sum, egressus ex utero non statim perii? Cur exceptus genibus, lactatus uberibus, natus in combustionem et cibum ignis? Vtinam interfectus fuisset in utero ut fuisset meum sepulcrum et uulua eius conceptus eternus. Fuissem enim quasi non essem de utero translatus ad tumulum.

Innocencius de uilitate conditionis humane.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Miseria m] Miseria n P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; confusione] dolore (*cor. intra*) M; combustionem] combustionem P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; et] in *add.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; de utero *om.* M; uilitate] utilitate V<sup>1</sup>